





722.

Vol 2, 18

30.

22

24

NUMINE. TRIN. UNO.

AC.

ILLUSTRI. JURECONSULTORUM, SENATU.
PERMITTENTIBUS.

DISCURSUM. LEGALEM.

DE.

CITATIONE.

PRÆSIDE.

NOBILISSIMO. EXCELLENTISSIMO. CONSULTISSIMO.

DN. BARTHOLOMÆO. LEON-

HARDO. SCHVENDENDÖRFFERO. U. J. D.

ET. P. P. CELEBERRIMO. ETC.

DNO. PATRONO. ATQ. PRÆCEPTORE. SUO.

ETATEM. SUSPICIUNDO.

IN.

FLORENTISSIMA. LIPSIENSIIUM.

AD. D. XIII. NOVEMBRIS.

A. R. S. M. DC. LXII.

H. L. Q. C.

P. P.

HENRICUS. LÖSENER. MISNICUS.

LIPSIÆ.

LITERIS WITTIGAVIANIS.

Henr. Lösener



Handwritten signature or scribble in dark ink, possibly reading 'Johannes' or similar.



Q. B. V.
PRÆFAMEN.



Vum judice gravissimo *Seneca, Dementia sic*

supervacua discere, in tantâ temporis, quod vivimus, ege-

state: Omnisque labor pereat, qui in res difficiles,

obsoletas, atque à nostris moribus remotas im-

penditur: Haud quisquam, confido, vitio vertet,

quòd ex latifundiis Legitimæ Scientiæ, materiam

Vid. Senec.

opp. 48. 49.

& cap. 13. de

Brev. Vit.

junge Leona

Nov. 46. &

VVesemb. in

method. stud.

jur.

Citationis præsentis hoc tempore selegerim. Ea enim in quoti-

dianis Rerum ((Saxonicarum quoque; nam huc nostra cum-

primis collineabit disquisitio) apparet argumentis, & suâ quàm

egregiè se ostendit utilitate; prout nemo non cui sinistra salit

mamma, vel me tacente habet perspectum. De cætero, ut in

hoc articulo juris enodando, ordini, ceu rei cujuscunque agen-

di medio, litem, *Constituendi vocationem in jus, ac destruendi*

modos, ponendo explanandoq; intuens, qualem qualem exerci-

tationem, (strictim tamen ac per indicem) COELESTI FA-

VORE adimplere conabor.

POSITIO I.

Citatio (a) omni jure (b) fundata est.

Explanatio. Methodum bipertitam isthoc exercitio me-
secuturum, ex ejusdem vestibulo patescit. Nec injuriâ; idem
enim partiendi modus, prisca ævi Prudentibus, quàm frequens
fuit & familiaris, uti jus quo utimur, ex illorum monumen-
tis collectum, id ad oculos ostendit (1). Patet autem in Con-
sentaneis, seu modis rem tractandam constituentibus, contem-
plationem nominis, ipsius rei evolutionem antecedere, eidem
ergo & nos paucillis morem geremus.

(a) Voculam *Citationis* Latio esse comprobata, elegantia
Romanæ Censores *Tullius ac Plantus*, jam olim dedere demon-
stratum (2). Deducitur autem à citando, citare, quod crebrò

A 2

voca-

1) Vid. §. ult. pr. J. de J. & J. §. 3. junct. §. 10. ibi: non ineleganter in duas species.

J. de J. N. G. & C. pr. J. de Jur. Pers. l. 1. pr. ibi: divisio in duos articulos: ff. de R.

D. l. 7. ff. de publ. jud. & c. conf. Dn. Tabor. Part. Elem. p. 3. sect. 1. præf.

2) VVesemb. in π. ff. de in jus voc. n. 13.

vocare notat, à ciendo descendit. Non omnibus tamen hæc verba eodem significant modo. Et vulgari quidem locutione, idem sunt ac nominare, commendare (3). Unde v. c. citatio Scriptorum, alioqui nominatio eorum, atque commendatio dici potest. Qui significatus nihil ad nos. Quemadmodum nec periculosa illa ad vallem Josaphat citandi ratio (4), aut etiam vox extremæ tubæ, nostri est propositi. Multò verò minus eam vocationem, quâ Studiosi solennibus Academiarum, vigore Programmatum, interesse jubentur, hîc attendimus. Non magis etiam in testimonium Citatio, legibus aliàs non incognita (5), jamjam nobis cordi est. Tales inquam, & conjunctos citandi modos h. l. præterimus, considerantes Citationem, quatenus ea in juris arte, inque judiciis, signat actum illum judicialem, vi cujus ad competentem judicem, juris experiundi causâ quispiam accersitur; Quo respecto de Citatione in jus vocationem *hoc ævo* prædicari posse, cum juris autoritate (6), & observantia fori nobis suggerit. Dixi *hoc ævo*. Non etenim me fugit, quòd anteriori tempore, ubi juris & judicii discrimen (7) adhuc vigeat, immane inter hæc duo quantum fuerit. Præterquam enim quòd ceu prius & posterius distabant (8), in jus vocatio & hoc habebat Privilegii, ut sine ullo apparitore, sine ullo judicis præcepto expediri posset. Litigaturus enim adversarium (non tamen quemvis (9) indistinctè,) obviam sibi factam interpellabat, ut in jus veniret, ac se præeuntem è vestigio & incunctanter sequeretur: Quod si taliter interpellatus, reluctabatur, nec confestim sequebatur, permisso

L. XII.

- 3) Priori sensu est apud Sueton. in Calig. c. 26, posteriori Nepos præfat. vit. Ex-cell. Imp. usurpat.
- 4) De cujus Origine vid. Dn. Speidel. in Speculo Notabil. verb. Thal-Josaphat. De justitiâ omnino Dn. D. Friedlieb in Medull. Theol. L. de Extrem. judic. C. C. 4. & quos ibi adducit.
- 5) l. 20. ff. de testib. l. 2. §. 2. ff. si quis cautionib. l. 2. §. 3. ff. de judic.
- 6) Cap. cum causa, X. de offic. & pot. jud. del.
- 7) De quo prolixè Vultej. 2. J. R. 26. succinctius Dn. Tabor l. c. §. 4. sect. 2.
- 8) Plures differentias observat Dn. Hahn ad Vvesenb. π. ff. de in jus voc. n. 13. add. Vultej. d. l. c. 28. & Dn. Rebhan in Hod. Jur. p. 681.
- 9) l. 4. §. 6. D. item l. 1. 2. 3. C. de in jus voc. infr. Posit. ult. b.

L. XII. Tabularum (10) in jus, (testatò tamen,) ducebatur, rapi-
ebatur, obtorto collo trahebatur. Et hujus antiqui ritus,
non solùm in jure nostro (11), sed apud alios quoque bonos
autores (12), stricturas est reperire. Verum enim verò, quo-
niam eloquio Impp. Honorii & Theodosii junioris (13), id-
circo Judiciorum vigor, jurisque publici tutela in medio con-
stituta, *ne quis sibi ipsi permittere valeat ultionem*; Licentiosus
iste reum ad Prætoris Tribunal trahendi mos, tanquam rixa-
rum materies, fomesque contentionum, cum ipsâ juris ju-
dicii que discrepantia, meritissimò desuetudine inumbratus
est (14); ac *hodie vox Citationis absorpsit vocem in jus vocationis*, ut
utrâque illâ, si quidem de contentiosis loquamur, utamur pro-
miscuè (15), id quod in præsentî & à nobis est attentum. No-
stratum Curiarum stylo, inflexo latino, audit *eine Citation*,
& merè germanico vocabulo: *Vorladung / Vorheischung / Ge-
richtliche Ladung / Manung* (16): in extrajudicialibus frequen-
tius etn *Vorgebott / Vorbescheld* (17).

(b) *Divino puta & humano*. Illo cum Naturali, cum positivo;
hoc tam universali, quam proprio. Et jure quidem Naturali
Citationem esse fundatam, inde patet, quia connata par est
æquitati, quemvis reum exceptionibus suis ac defensionibus
prius audiri, quam feralis in eum feratur sententia, non Cita-
tus autem qualiter innocentiam suam allegabit? Hinc sacræ
Pandectæ (18) DEUM TER OPT. TER MAX. (qui tamen
præterquam quod omniscius, illimitatæ potestatis judex est.)
Majestatis reos Protoplastos, non nisi auditâ prius eorundem

A 3

excul-

10) Cujus tenorem adducit & declarat Hahnus, d. l. n. 2.

11) hinc-inde; præprimis l. 5, §. 2. ff. *ue quis eum qui in jus. &c.* l. 4. ff. ad C. Jul. de
vi publ.

12) vid. Gell. 20. N. A. 1. Hor. 1. Sat. 9. sub fin. Terent. in Eunucho, act. 4. sc. 6. v. ante
tepen, add. Briffon, lib. 5. Formular. &c.

13) in l. 14. C. de Jud. & Coel.

14) Quo tempore, non adeò convenit, ad i. sis Da. Hahn, d. n. 13.

15) Vultej. allegato cap. 28.

16) v. Besold. in Thes. Pract. verb. Citation.

17) Vult. ibid.

18) Gen. 3. 9. add. Cl. pastoralis, §. Cæterum, de sent. & re judic. Oldendorp. de
jur. & equit. tit. 10, §. 1, Gilhausius Arb. Jud. Civil. c. 4. ram. 1. n. 1.

exculpatione, orco adjudicasse, tradunt; Cujus vestigia & Hominem in parabolâ depictum, erga malè fidum suum dispensatorem procedendo secutum, RECUPERATOR NOSTRÆ SALUTIS omni exceptione major testis est (19). Veri hunc rectique instinctum, naturâ hominibus insculptum, Numen æternum Lege positivâ administro Mose promulgatâ, confirmavit. Eo enim ipso dum sanxit (20) ne Magistratus considerent personam Pauperis, nec honorent vultum potentis; sed *justè judicando* suum cuique tribuant, unâ cum cæteris Judiciorum substantialibus, Citationem quoque stabilitam, quis non advertit? Tantum de jure divino. *Humanum*, ac universale primò, seu Gentium Jus quod attinet, illius etiam autoritate quàm firmissimè statuminatur Citatio. Cùm enim jure hoc, tanquam communi totius orbis decreto, separatæ Gentes, Domina distincta, & sic MEI TUIQ. discrimen introductum (21), approbata quoque sunt Judicia, cum suis articulis & partibus, inter quæ non postumum locum sibi vindicat Citatio. Adde: Cùm hoc eodem jure Bella sint introducta, quæ verò clarigationem ac indictionem præcedere debere, sanæ rationis opinio suadet, & armorum justitia; parili modo & in ordinandis judiciis, (Bellorum enim quoddam schema præ se ferunt,) ejusdem æquitatis arbitrio, vocatio in jus ipso disceptationum limine collocabitur (22). Quàm immoto tandem juris humani proprii, ejusque tam Imperatorum quàm Pontificum fundo, nostra sit innixa Citatio, id cum affatim patescat (23), silentii campo committo.

19) apud Lucam, c. 16, 2.

20) Lev. 19, 15. Deut. 1, 16. &c.

21) l. 5. ff. de J. & J.

22) l. 1. pt. ff. de requirend. reis. Quo pacto a. Clarigatio ab indictione Belli differat, accuratè disserit Dn. D. Lindnerus, Patronus meus gratâ memoriâ Colendus, in exactissima inaugurali, de Bellor. Justit. quæ ex indictione nascitur; cap. 3. conf. G. de Peschvitz de Repressal. c. 1. n. 55, 56.

23) vid. t. t. D. & C. de in jus vocand. eleg. text. in l. 47. ff. de rejud. can. caveant, 3. q. 9. cap. proposuisti, X. de for. comp. & passim.

POSITIO II.

Describi potest: Actus judicialis (*) quo is qui cum contro-

ver-

vertitur (b), ad postulationem (c) adversarii sui, ut termino præfixo (d), juris experiundi causâ (e) sese sistat (f), legitimè (g) vocatur.

Explan. Originem Citationis, causamque remotam positione anteriori perspeximus. Propinqua principalis est Judex Citationem decernens: Procatartica pars eandem flagitans: ministerialis nuncius executionem præstans: Objectum lis judicio excutienda: subjectum vocandus: ratio formalis in legitimâ ejus conceptione ac executione se manifestat: finem comparitio, causæque deductio includit: effectus præventionis, usurpatione similibusque comprehenduntur; quæ singula cum nullo negotio in secuturis offendantur, malo iisdem hic supersedere, quàm anxiam eorum discussione, eandem crambem paulò aliâ patellâ apponere.

(a) Dixi actum judicialem. Actus intelligitur *contentiose jurisdictionis*, non modò præliminaris judicii, sed insuper *utriusque etiam instantiæ*. Per omnes autem instantias Citationem vagari in propatulo est. Præcisè siquidem ea requiritur, non modò in primò termino, sed etiam in sequentibus, quin & ad omnès Processus actus, nullâ consideratione habita, quisnam vertatur Processus: sive in Leutatione, sive in Appellatione, aut judicio nullitatis, possessorio, executivo, & quovis alio causa ventiletur, docente JC. sine pari Magnifico Domino Carpzovio (1).

(b) Sive sit actor, sive reus. Judicio enim inter litigantes semel suscepto, evenire potest, ut vel actor, vel reus persequendi sui juris causâ, alteri terminum præfigat, Citationemque postulet.

(c) Hæc si non antecesserit, (quod tamen in dubio præsumitur) invalida est, & nullius momenti in jus vocatio. *Judex enim non nisi postulatum fuerit, suum impertit officium* (2). Ordinario puta modo, atque Civilibus in causis. Delicta enim manifesta, scandalosa, Reique publicæ tranquillitatem offendentia

1) in Proc. Jud. tit. 7. art. 1. §. 1. n. 9. 10. consentit Gilhausen d. c. 4. n. 49.

2) per l. 4. §. 8. ff. de damn. inf. Gilhaus, l. c. n. 6. & 17.

tia si emergant, illi qui contra leges fecerint, solo iudicis officio, conquiri iubentur (3).

(d) *Terminus seu tempus hoc sit iudicum, sit etiam legale.* Iudicum, quia eum in diem vocatus, quo in foro *Justitium* (4) est, veluti si feriæ (cereales quamvis aut vindemiales) fuerint, (5) vadimonium deserere *regulariter* non prohibetur. Dixi *regulariter*: Potissimum enim diebus festis Majestati altissimæ dedicatis, præconis horrida vox sileseat, taceat apparitio (6); Messium autem, vindemiarum, aut alio non in honorem Dei feriato tempore, minus rigorosè hoc attenditur; Litigantibus enim huiusmodi feriis renunciare non prohibitum. Quin imò si Pietas aut necessitas id suadeat, utrisque feriis Iudicem, licitè compelli, reumque tutò evocari posse, cum Gailio (7) asserimus. De termino legali in subsequentibus.

(e) Per l. 1. D. de in jus voc. Ubi hæc verba scopum & causam Citationis finalem innuunt; Ea enim propter iudicariam controversiæ diremptionem emittitur.

(f) Vel per idoneum Procuratorem compareat Puta pecuniariis in controversiis (8), nam circa delicta manifesta & atrociora (9) aliud servari, in confesso est.

(g) Ritè formabitur Citatio, si à competente iudice impetretur, impetrata executioni demandetur.

3) l. 13. pr. ff. de Offic. Præf. N. 128. cap. 21. Ord. Pol. Elect. Saxon. de an. C. 1612. membr. de judicialib. art. 5. §. Und weil beides. add. Gilhausius d. n. 7. ubi plures fallentias suggerit.

4) Super hoc verbo inspiciatur locus Gellii supr. commendatus: exemplum Justitii repente indicti suppeditat Tranquillus d. l. c. 24.

5) l. 2. §. 1. ff. si quis in jus voc. l. 1. pr. & §. 1. ff. de fer. & dilat.

6) l. ult. C. de fer.

7) l. O. 53. n. 13, & seqq. fundamento d. l. 1. §. sed excipiuntur: ut & l. 2. l. 3. ff. de fer.

8) l. 26. C. de Procurator.

9) Secus enim habet in levioribus Criminibus. vid. Gilhausius Arbor. judic. Criminal. cap. 3. part. 1. de inquisit. n. 35. per tot.

POSITIO III.

Dispescitur: Primò in Publicam (a) & Privaram (b).

Explan. (a) *Scriniæ*, quæ DD. (1) varia Citationum genera

(1) vid. Marant. P. 6. m. 1. n. 50. ubi sex; & Socin. de Citat. art. 3. qui plures adducit species.

nera reconducunt, cum complere non sit animus; Sufficiat Citationem primam à forma, eo quo posuimus modo, non inconcinnè dividi. Citatio publica vel Edicto expeditur, vel voce Præconia. Illa Edictalis audit, hæc per Proclama fieri dicitur. Utitur autem Judex *edictali Citatione*, tanquam extraordinariâ, irregulari, atque exorbitante, casu demum necessitatis, & si quis aliâ ratione vocari nequit. Utpote, quando vel vagabundus qui ubique est & nullibi, vel alio modo latens, aut etiam incertus non nemo, sui copiam exhibere tenetur; Item quando Citandorum aliqua est copia & multitudo, ut maxime sint certi: Ea enim publicam & edictalem admittit Citationem *ex doctrina Bartoli*, quam paucis notam, & perpetuâ mente tenendam dixit Jason, referente ex Neguzantio Incomparabili Carpzovio (2). Existente causa vocationis istius, tunc Edictale decretum vel de Templi, (si casum & causam matrimonialem, aut aliâs ad Ecclesiasticam potestatem spectantem contineat) vel Curia valvis suspenditur. Ita quotidie usu videmus venire, quod exorto Creditorum concursu, (hic occurrit multitudo quædam vocandorum, eaque ut plurimum incerta;) Contradictores ad liquidandum, & prioritatem deducendam, citentur Edicto: cujus in his Terris requisita, modernus Potentissimus Elector Saxonie JOH. GEORGIUS II. Domus noster multò clementissimus, cujus prosapia in ævum assurgat! sanctione publicâ (3) præscripsit. Referrî huc & subhastationes possunt, nam & ipsæ itidem publicæ sunt Citationes; ut & Edicta, quibus Studiosi ob commissa post carecta latitantes, evocantur. Porro simili planè pacto Judex fugientes, facinorosos ad instantiam Procuratoris Crimina persequentis investigat (4). Et istud nuncupant: 'Durch einen öffentlichen Anschlag in dreyer Herren Landen citiren. Trina tamen hæc Territoria, ad casus Criminales, atque illis æquivalentes matrimoniales,

B

niales,

2) d. Proc. tit. 7. art. 4. §. 3. n. 19. & 35.

3) in Gravamin. Resolutione noviss. Part. judiciar. art. 10. §. als sehen / ibi: Eine Edictal-Citation.

4) N. 134. c. 5. pr. avth. si verò. C. ad L. Jul. de adult. Cl. Pastoralis, de sent. & re judic. Formam reum fugitivum edicto citandi, proponit Gilhausen, Arb. Jud. Crim. d. l. n. 34.

niales, nec non latentes debitores, magis quam ad Creditorum cohortem, velim extensa. Maleficia siquidem, (utut facinorosi latibula quarant) impunita esse non oportet (5); Contra sufficit Creditores, (qui ut plurimum ultro sese offerunt) in tribus ejusdem Domini locis, diversæ modo jurisdictionis, citari (6). Cæterum quamdiu hujusmodi Citatio publicè debeat affixa esse, jure non definitum, sed arbitrio judicis relinquatur (7). *Proclamate*, seu per Præconem fit Vocatio, quoties is nequiter absentem, per viam publicam, vel alio loco, altâ & intelligibili voce citat (8); quo ipso ab Edictali differt, non enim, ceu illa, affigitur, sed tantum publicè per Præconem legitur (9). Ad classem hujusce vocationis collocari potest clamor quem Saxones vocant *das Geruffte/ oder Zettergeschrey*. Hic enim eorum Jure, initium est judicii Criminalis (10) contra maleficum fugitivum suscepti. Hoc loco non prætermittendum, quòd publicæ Citationi à quibusdam etiam associetur ritus vocandi per campanæ aut tubæ sonum, itemque erectionem vexilli. Utut autem ille vel maximè sit publicus, cum universam loci multitudinem cogere valeat; extrajudicialis tamen est, & à nostræ Citationis fine quam alienissimus, ac post alia, incendii tantummodo, tumultus, vel alius repentini ac improvifi terroris causâ suscipitur (11).

(b) *Privatam Citationem* in Verbalem & realem subdividunt (12). *Verbalis*, aut vivâ fit voce, aut in Scriptis. Et quanquam apud Judicem stare videatur, num literis, an verò ministerio vocis quempiam vocare velit; Negotiî tamen qualitas, & observantia judicii (quæ jus facit) eo casu præprimis attendenda veniunt. Vivâ igitur voce, vel coram & in faciem, vel ad domum (13)

5) l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 18. §. 2. de judic.

6) Resolut. Elest. d. l.

7) Vid. Arnold. de Reyger in Proc. jud. D. 2. §. 9. explic.

8) auth. Qua in Provincia, C. ubi de Crimin.

9) Gilhaus. d. l. n. 44.

10) Landr. lib. 1. art. 62. Unde à citando deductum volunt, referente Besoldo in Thes. Pract. lit. Z. v. Zettergeschrey.

11) Vid. Mollenbecium Division. Juridic. C. 1. div. 40. lit. c. in exposi, & quem ibi ducit Bacchovium.

12) Utraque fundatur l. 4. §. 5. ff. de damn. inf.

(13) quis evocatur: Wenn der Gerichtsfroh einen entweder in Person mündlich vorhesshet; Oder in des Citandi Behausung (eo videl. absente, nam d. l. 13. Citationis ordinem denotat) einen Termin ankündiget. In scriptis, i. per literas citatorias, cum Judex emisso scripto reum vocat. Quod si eveniat, (sicuti non raro solet) ut vocandus Citationem rejiciat, tunc non opus est eundem edictaliter vocari. Quantumvis enim contumaciter quisquam ac malitiosè Citationem respuat, nequit tamen efficere, quominus illa suum sortiatur effectum, ipseque pro Vocato reputetur, præsertim si Citatio renuentis istius portæ, aut aliò loci, ubi verisimiliter ad notitiã ejus pervenire potest, sit affixa (14). *Realis* fieri suevit, tum arrestatione rerũ & corporũ, tum capturã. Sicut autẽ Arresta, cum ab executione ordiantur, non nisi in certis casibus (15) conceduntur; ita & realis Citatio per capturã, quã nempe quispiam præhenditur, & malæ mansioni committitur, directò in Criminalibus tantum obtinet, nec nisi urgentissimis ex causis, ad obligationum Civilium persecutionem extenditur, ita tamen ut & eo casu, singulari jure gaudentes Personæ (16), suo non denudentur Privilegio. Antequam pedem ulterius ponamus, de subsidiariã Citatione, (quam & mediatam ac subsidialem dicunt.) sciendum, eam nunc ad publicam referri, nunc ad privatam, fierique solere, cum Judex par, aut inferior, extra Dominium suum subsistentem reum, literis rogatoriis, (mutui compassus nuncupant) Magistratui ejus loci, cui immediatè (17) subest vocandus, in scriptis, sive edictaliter, sive alio quovis modo citat. Cui rogationi Imploratus omnino necessum habet deferre, nã a Superiore ad id compelli debeat (18). Quoad mediatam hanc vocationem tenendum,

B 2

quod

13) v. l. 13. §. 1. ff. de excusat.

14) Clem. cum lite pendente: Ut lit. pendente, Conf. Dn. Carpz. l. a. art. 4. §. 3. n. 24. & multis seqq.

15) Quos proponit Ord. judiciar. tit. 51. pr. ibi: So wollen Wir. 16.

16) Quãlium recensum habes, apud Arnold. de Reyger, l. c. 9. 13.

17) Cl. Pastoralis, circa med. de sent. & rejudic.

18) Vid. Magnum Carpozovium in Jur. For. P. 1. C. 2. def. 28. & Proc. d. c. 7. art. 3. §. 2. n. 14.

quòd quanquam Consistoria hujus Electoratus Ecclesiastica, in puncto Citationis Laicorum, secularis judiciis opem efflagitent; Suis tamen requisitorialibus verba in subsidium attexere non obligantur (19).

19) Ord. Polit. Anni 1612. membr. de Consistorial. n. 6. Resolutio Elect. noviss. Part. Consistor. art. II.

POSITIO IV.

Secundò: Generalem (a) & Specialem (b).

Explan. (a) *Ratione objecti* considerata Citatio, alia generalis est, alia specialis. Illa, *vel* ipsius judicii, *vel* Litigatorum respectu talis est. *Judicii* quando ad totum negotium Citatio dirigitur, & ad omnes omnino actus, semel pro semper quis evocatur, h. m. Daß er der Sache / und aller folgenden Gerichtstage und Termine / biß zum endlichen Beschluß auswarten wolle; & tunc nullâ ulteriore Citatione opus habet. Talem autem tum contra absentes ac remotissimis in locis constitutos, tum contra eos qui in loco judicii versantur, emitti posse, ac in augustissimo Imperialis Camerae Tribunali receptum esse, Gailius (1) attestatur. *Ratione Litigatorum*, quando plures litis Consortes, coheredes, aliique quorum interest, omnes in universum, & quisvis eorum in specie vocatur (2). Ad universalem citandi modum pertinent & Citationes quibus Universitates, Civitates & Corpora in jus accersuntur. Ubi tamen non singula Civitatis vel Collegii membra, instar coheredum & consortium, specificè vocantur, sed in ejus quæ citatur Universitatis nomine subsistitur (3); Quem enim ad modum, unum hominem, quis potest citare, licet solum ejus caput videat, & non reliquum corpus; Eundem ad modum & quispiam citare potest Universitatem, scil. caput ejus citando, i. eos qui præsentunt universitati, Civitati, vel Communitati, prout simile hoc ex Bartolo & Pelfio adducit Gilhausius (4)

1) l. O. 51. n. 10. seqq. idem Dicasterium Guelphicum servare annotavit Dn. Hahn ad Vvesenb. d. n. 13.

2) Ord. judic. tit. 4. in pr. ibi: *Würden auch*. per l. 47. pr. ff. de re jud. Dn. Carpzov. P. 1. C. 2. d. 25. n. 1, 2, 3 seqq.

3) Reyger l. a. 9. 19. Incomparabilis Carpzov. in Proc. d. l. art. 2. §. 3. n. 16.

4) d. Arbor. jud. Civil. c. 4. ram. 1. n. 37.

(b) Spe-

(b) Speciali tandem in jus vocatione, v. g. Probationibus, sententiis, aliisque singularibus iudicii actibus pars præstò esse jubetur.

POSITIO V.

Tertiò: Dilatoriam (a) & Peremptoriam (b).

Explan. Utrumque hujus Positionis verbum divisionem à fine Citationis petitam arguit. Est autem (a) *Dilatoria* (dicunt & simplicem) quæ aliqualem temporis dilationem (1) Citato tribuit, ita ut eum non prius contumacem reddat, quàm si ternis emissa sit vicibus (2); quarum singulæ de novo Justiniani jure (3) triginta dierum spatium concludendæ. In Camerâ, observante Gailio (4) tempus istud pro distantia aut vicinitate locorum est arbitrarium. Stylo vero Saxonico ista Citationum species ferè in desuetudinem abiit, nisi quòd extra Processum in causis Commissionum observari videatur, prout Antecessor Jenensis Fibigius annotatum reliquit (5).

(b) *Peremptoria* (quæ Doctore JCro (6) inde hoc nomen sumpsit, quòd perimeret disceptationem, hoc est, ultra non pateret adversarium tergiversari:) est quæ tantum temporis intervallum continet, quantum trinæ simplices. Emitteretur enim nonnunquam post tres distinctas simplices Citationes quæ præcesserint: nonnunquam post unam aut alteram: nonnunquam statim, quæ appellatur *una pro omnibus* (7). Quanquam autem Consuetudine Saxonica ad peremptoriam citationem trinæ simplices XIV. diebus invicem distantes, requiri videantur (8), id tamen non in omnibus Ditionum Electoralium iudiciis usu frequentatur; Sufficit enim & unica, modò tamen ea tantundem temporis spatii, quantum

B 3

tres

1) arg. §. 10. l. de except.

2) l. 8. C. quom. & quand. jud.

3) N. 112. c. 3. auth. Qui semel. C. d. t. Olim tantum decem, l. 69. ff. de iudic. l. 13. §. 2. C. eod.

4) l. O. 53. n. 20.

5) In Process. posthumo p. 20.

6) Ulpian. in l. 70. ff. de iudic.

7) Vid. l. 72. ff. d. t. l. 8. l. 9. C. quom. & quand. Jud. Quod tamen in causis feudisticis fallit, remissivè Gilhauf. Arbor. jud. Civ. d. c. 4. ram. 1. n. 29.

8) Const. D. Augusti, 3. P. 1. ubi Dan. Moller. n. 18. add. Dn. Carpz. d. P. 1. C. 2. def. 22.

res ille contineat, & particulam *Peremptoriè*, sive quoad verbum, sive quoad sententiam & per comminationem (9) in se comprehendat. Complectitur autem Citatio dictam voculam, quoad verbum, si ita formetur: P. P. Citiren und laden Euch hiermit und in Krafft dieses endlich und peremptoriè; quoad sententiam & virtualiter, quando clausulam comminatoriam præsert, h. m. conceptam: Mit Verwarnung Ihr erscheinet also oder nicht / daß nichts desto weniger / auff des gehorsamen Theils vorbringen und suchen / ergehen soll was recht ist. Et istam peremptoriè citandi rationem in Aulâ & Judiciis harum Ditionum Provincialiis, sanctione publica firmatam novimus (10). Imò vox *Peremptoriè* utroque interdum modo scribi solet, hac facie: P. P. Welchen Tag Ich Euch hierzu peremptoriè ernenne etc. & quoad clausulam: Mit Vorwarnung / Ihr erscheinet also oder nicht / soll nichts desto weniger / auff Gegentheils Anbringen ergehen und geschehen / was sich dßfals rechtlichen Process, und üblichen Brauch nach eigenet und gebühret.

9) l. 71. ff. de judic.

10) Ord. Appell. Tit. Von Ausbringung der Ladung Ord. Curiz Provinc. Lips. Rubr. von der Citation, & VVitteberg, ead.

POSITIO VI.

Palmaria Citationis requisita sunt: Impetratio ejusdem
Conceptio & expeditio.

Explan. Manifestum est ex superioribus Citationem esse, de substantiâ ordinis judiciarii, omniumq; actionum instituendarum principium & fundamentum (1) adeò ut in quovis Processu, summario licet (2), aut notorio (3) præsupponatur, eaque omisâ, neque Imperator neque Papa procedere queat (4), sed totum judicium certamen ipso jure corruat (5); Forma igitur ac norma ipsius certis inclusa requisitis, non immerito subjungetur.

POSI-

1) §. fin. pr. J. de poen. tem. litig. Ord. jud. tit. 4. in pr.

2) Zang. de except. P. 1. C. 2. n. 8.

3) Gail. 1. O. 48.

4) Rotschütz in Process. jur. P. 1. §. 1. per Cl. Pastoralis, §. cæterum, de sent. & re jud.

5) arg. l. 47. pr. ff. de re jud. Gail. l. c.

POSITIO VII.

Impetratur Citatio per Actionis editionem, (a) quæ in hisce terris supplicando solet fieri. Est autem supplicatio (a) talis nihil aliud, quam brevis rei controversæ, Judici competenti (b) facta expositio (c) annexam habens petitionem de processu decernendo, adversarioque citando.

Explan. (a) *Supplicatio* h. l. non denotat remedium illud suspensivum extraordinarium, quod Impp. innuunt (1), quodque Tribunaia Saxonica jamdudum exploserunt (2): Sed est *implicatio* Judicem ad emittendam citationem disponens, quæ tam necessariò prærequiritur, ut motu judicis spontaneo emissa Citatio, regulariter nullius ponderis censeatur, prout supra id commemoratum ivimus. Hinc & ordinatio Appellationum Saxonica, prolixius ejusmodi supplicationem inculcat (3). Per quam vigore laudatæ ordinationis, Citationes, inhibitiones & cæteri Processus stylo Saxonico perinde ut in Camera imperiali extrajudicialiter petuntur & impetrantur; idque tam ante, quam post causam introductam: quo posteriori tamen casu observantia Cameralis à more Dicasteriorum Electoralium iterum divertit (4). Cæterum *supplicatio* hec pro extrahendis Processibus, alio nomine *Libellus Citationis & processuum vocatur*, a que meritorum libello longè distat (5).

(b) *Alienon. impunè non paretur* (6) Quòd si verò in bivio sit incompetencia, minusque notoria, tunc præstat vocatum Protectione (7) munitum, in honorem judicis comparere, forique præ-

a) *Editio Actionis h. l.* non sumitur de illius nomine vel genere significando; talis n. dudum à modernis judiciis est proscripita; Sed notat futuræ litis designationem, libello vel supplicatione factam. Vultej. 2. l. R. 27.

1) Valent. & Valens l. 5. pr. junct. auth. Quæ supplicatio: C. de prec. Imp. offer.

2) Ord. judiciar. tit. 37. Ordin. App. Tit. Von der Supplication.

3) t. t. Von Ausbringung der Ladung.

4) Ord. Appell. l. c. Gilhaus, d. c. 4. arb. Civil. n. 5.

5) v. Vultej. d. l.

6) per l. fin. ff. de jurisd.

7) Quæ de omnino consulatur Gilhaus. l. a. n. 12, 13.

præscriptionem opponere (8). Quis autem Judex pro competente reputandus, alibi indigere licet (9)

(c) Mediante scripturâ, eaque non perfunctoriè & obscure; sed pro veritate (10) negotii tam *perspicuè* formata, ut inde commodè possit extrahi Citatio, & vocato consequenter ineptæ Citationis exceptio præscindi (11). Quinimò dilucidæ huic postulationi ipse insuper actionis libellus, cum universis Documentis cum statutinantibus, sumariis in causis, annectendus; eo fini ut ejusdem exemplum, unâ cum in jus vocatione citando transmittatur, disponente hoc *Serenissimi nostri Legislatoris* Resolutione Gravaminum novissima (12). Id quod in puncto simul exhibendæ actionis, supremi Appellationum Dicasterii observantiam & antehac induxisse, *προσηµένος* Dn. Nicolai annotavit (13).

8) text. est el. in l. 5. ff. de judic. conf. Hænon. Disp. ult. ad de R. J. l. 199.

9) Præprimis apud Dn. Capzov, d. Process, tit. 3. per tot. & D. Nicolai addition, ad Frideric. p. 93. — 97.

10) Si enim supplicans temerè litem alteri movere intenderit, non audiendus; Hinc olim formulæ dandi judicem adjiciebatur: *Si paret*; Et hodiernis Commissionibus adduntur verba: *Nach Befindung*. adde his Ord. App. d. t. *Bon Ausbringung* etc. in pr.

11) Ord. App. l. c. arg. l. 5. §. 1. ff. Quod vi aut clam.

12) Part. judiciar. art. 2.

13) Dictis ad Process, Frider. additionib. p. 10.

POSITIO IIX.

Conceptio Citationis exprimat 1. Nomen judicis citantis (a) 2. Nomen & cognomen citandi (b). Ut & 3. Impetrantis seu illius ad cujus instantiam (c) Citatio decreta est. 4. Causam litigii (d). 5. Locum judicii (e). Tandemque 6. diem seu terminum (f) comparitioni definitum.

Explan. (a) Sanâ juris ratione. Dum namque nomen ac officium Judicis in Citatione explicitè scribitur, præter alia & hoc licet cognoscere, num scil. Judex vocans ordinarius (1) sit, an verò extraordinarius s. delegatus, quem Commissarium

(2) nunc
1) Antiquitùs isti termini aliter accipiebantur ac hodie. vid. Dn. Tabor, l. c. p. 260. --- 263.

(2) nuncupamus. Qui posterior, ut plenior eidem delegata Jurisdictionis fides habeatur, tenorem suae Commissionis Citationi inserere tenetur. Cum enim delegare in facto consistat, solâ præsumptione non acquiescit, sed probationem efflagitat

(3). Quinimò taliter Citatum, antequam in termino respondeat, codicillos commissionis exigere posse, non ambigitur(4).

(b) Si sit unus; aut quando plures fuerint illorum omnium (5). Quorumcunque enim inter est, illos citari convenit. Nomina autê Vocandorum, cognomina & officia ideo tam specificè exprimenda sunt, ut indubitato ipsi intelligant, se citatos esse, nec incertitudo actum reddat frustratorium.

(c) Hâc fini, quò vocatus advertat Citationem postulatam esse & à quo. Si enim aut nemo, aut saltè is qui legitimam in foro standi Personam non habet, eandem urserit, elumbis & nullius momenti reputabitur. Si verò Judex proprio instinctu (prout nonnullis in causis eum facere posse, imò debere, concessi juris est.) eandem decernat, hoc requisito non indiget; sed illius vice, mentionem suae potestatis annectit (6). Sicut autem Pars litigans, Citationem adversarium suum vocari facit: ita eidem impetranti (quod hîc tenendum.) Terminus destinatus, Memoriali quodam, durch einen Dencf- oder Tagzettel/insinuatur.

(d) Causam ob quam quis vocatur in Citationem exprimi, optimum litium abbreviandarum videtur remedium. Cum n. talis vocatio sit perspicua, reus dilationem super libello postea non poterit petere, & ansam protrahendi causam arripere (7) & hoc est, de quo tam sollicitæ sunt præfatae Dispositiones Electorales; ex quibus & istud astruitur, quòd quispiam non nisi in

C

si in

1) De cujus notatione, qualitate ac officio, evolvatur Processus summi Icti CarpzovI, tit. 20. art. 3. §. 2. n. 16. & subseqq.

2) arg. l. 10. C. de non num. pecun. & passim.

4) Vultej. 2. J. R. 28. Gilhaus. d. c. 4. Arb. Civil. sam. 1, n. 14.

5) Supr. Posit. 4. explan. a.

6) Vultej. l. c.

7) Dn. Carpz. diſt. P. 1. C. 2. d. 21. n. 5, 6.

si in illâ causâ ad quam vocatus est, respondere obstringatur
(8).

(e) Cùm jurisdictio Judicis, non causis duntaxat & Personis, sed & loco æstimetur; meritò is determinabitur. Ut autem ommissio illius loci, ubi certum & consuetum habetur Prætorium, Citationem non violet, eum tamen quibuslibet in jus vocationibus totâ die assignari videmus. Locus porrò talis, præterquam quòd à contagionibus, & morbis periculosioribus immunis (9) requiritur; insuper etiam tutus esse debet (10), ita quidem, ut & ad judicium præsentiam possit venire citatus, ejus Advocati, Mandatarii &c. absque periculo ibi agere, libereque negotio expedito domum repetere (11). Idque de causâ justissimâ. Nam securè venisse non dicetur, cui discedere prohibetur. Hinc videmus capitalia etiam a suis Edicto citatis, salvum dari & servari conductum, (communem puta seu generalem, quemque omnis Citatio elargitur; (12) Specialis enim & plenaria securitas, ein freisicher Geleht/non nisi prævia satisfactione (13) tribuitur) qui tamen diutius haud durat, quam donec usque tortura adversus illos decernatur, bis etwas peinliches wider sie zu recht erkant. Eo enim facto, expirat, & accusati carceri mancipantur (14). *Rationem reddit Constitutio Carolina* (15), quia Judex solummodò contra vim ab extraneo metuendam, non verò adversus Processum Justitiæ salvam guardiam elargiri debet. Ceterùm de honestate loci ad quem quis evocatur, dubitandum

8) Vid. Ord. judic. d. t. 4. pr. Ordin. App. I. c. §. und sollen. Concordat Sandr. lib. 2. art. 2. in verb. Herr Richter mir ist hierumb nicht her bescheiden; & Innocentius in cap. licet, X. de Offic. deleg. arg. l. 2. §. 3. ff. de judic.

9) Vid. Dd. apud Reyger, d. Disp. 2. §. 20. b.

10) ad locum n. minus tutum evocatus, comparere non tenetur, per Cl. Pastoralis: circa med. de sent. & re jud.

11) arg. cap. ex parte: de Appellat.

12) v. Decisio Elect. Saxon. 76. add. Besold. d. l. verb. Glait. & VVehner Pract. Observ. v. Sicher Glait.

13) d. Decis. 76.

14) Præallegata Decis. Electorali add. Dn. Carpz. d. Proc. tit. I, art. 4. §. 2. n. 26. & in Prax. Crim. P. 3. q. 112, n. 62, 63, 64.

15) Artic. 76. ubi Matthias Stephani, & Gilhaus. Arb. jud. Crimin. c. 3. Part. I. n. 36, §. Quartum. Rudinger, Sing. Obs. Cent. 2, O. 80. n. 6.

non est; Cùm non præsumatur Judicem qui semper pro Viro bono
(16) & honesto habetur, aliquem ad locum inhonestum citare
velle (17).

(f) Qui legalis, i. secundum juris & moris præceptiones desti-
natus esse debet. Complectitur autem hujuscemodi terminus
jure Saxonum sex hebdomadas unâ cum tribus diebus ab infi-
nuatione ita numerandis, ut ipse Terminus juridici dies non in-
cludatur (18). Sanctiones enim Electorales concedunt eine voll-
ständige S. Frist (19). Causa in promptu. Citato siquidem de-
liberandi utrum cedere an contendere debeat (20), juxtaque
Legum peritos consulendi spatium, non est decurtandum. Præ-
primis in hoc Electoratu, ubi jure Provinciali novissimo (21)
exceptiones adhuc ante Terminum sunt opponendæ. Silentio
h. l. non prætereundum, quòd quanquam Vocato summo manè
zu rechter früher Tageszeit/ comparere injungatur; pro contuma-
ce tamen non declarandus, qui demum post meridiem
se se sistit, neque enim magnum damnum est in morâ mo-
dici temporis (22), & obtinet hîc illud notissimum: *Tota dies
Citato cedit.* Quæ de feriatis diebus & in præsentiarum colloca-
ri possent, supra (23) quadantenus libavimus. De Citationis
subscriptione, signatione & similibus, cui volupe est legere, ad-
cat D. Nicolai (24). Hucusque Conceptio Citationis.

16) Judicem in jure nostro *κατ' ἐξοχήν* dici virum bonum, probat Besoldus in
Disp. de Proc. jud. c. 3. th. 1.

17) Gilhausius in Arbor. judic. Civil. d. c. 4. ram. 1. n. 22. in fin.

18) l. 1. pr. ff. Si quis cautionib. Dn. Carpzovius P. 1. C. 2. d. 25.

19) Resolut. nov. l. c. art. 2. Ord. jud. d. t. & tit. 10. §. im fall aber. Ord. App.
l. a. & Tit. *Wie wieder die aussenbleibende &c.*

20) l. 1. pr. ff. de edend.

21) dicta Resolut. Grav. Part. judiciar. art. 12.

22) l. 21. ff. de judic.

23) Posit. 2. lit. d. in expl.

24) d. l. p. 21, 22. Pluribus sex ista requisita Citationis enarrat Gail. 1. O. 48, 49,
50. &c. addatur Gilhaus, d. Arbor. Civil. c. 4. ram. 1. n. 10.-23.

POSITIO IX.

Ejus tandem Expeditio in his cernitur: Ut Judex (a)
nuncio judicii (b) Citationem committat; qui vocando (c)

C 2

can

eandem insinuare, deque factâ intimatione sedulò referre
(d) tenetur.

Explan. Citatio ritè postulata & concepta in executionem, autoritate Judicis peragendam necessariò deducitur. (a) Judex autem, perinde hîc ut supra, competens intelligitur, sive cætera ordinarius sit, sive delegatus. Quamquam verò (prout in Electoralibus quoque Provinciis observant) Secretarii, Protonotarii, & similes Dicasteriorum Actuarii, Tabellarios cum Citationibus amandent; non tamen illorum nomine, sed vocantium judicum auspiciis (1) executioni redduntur.

(b) Nuncius hîc talis præsupponitur, qui judicio mediante juramento sit obligatus. Quo de in Foro Electorali Constitutiones expressim disponunt (27). Quantumvis autem Citatio regulariter per nuncium judicialem offerridebeat; attamen nõ raro accidit, ut vel propter distantiam loci, vel judicii nuncio absente Edictum citatorium parti tradatur adversæ quæ postea per alium, quandoq; etiam per Notarium & testes (qui mos insinuationis tali emergente casu omnium est tutissimus) citando insinuari facit, veluti Praxis Judiciorum hoc firmat, & ἐπιπύυ Carpzovius suffragatur (3).

(c) Executio Citationis ipso etiam die festo valet fieri; est enim quasi extrajudicialis quidã actus, cum sine strepitu procedat, & domi privatimque peragi possit (4). Etsi autem literæ citatoriæ ipsi citando (vel si plures litigent, cuilibet eorum) in personã & ad faciem, licet is vel Princeps sit, vel alius quispiam ex Viris Primatibus, ne ignorantiam, eo omisso queat prætere, insinuandæ (5); ad convincendam tamen sese non sistenti contumaciam, etiã in Dominiis Saxonis sat est Citationem ad

1) l. 29. ult. ff. de minorib. l. fin. C. de exhib. reis.

2) Ord. jud. d. t. 4. junct. Ord. Appel. tit. Von den Botzen.

3) d. t. 7. Proceff. art. 1. §. 4. n. 53. seqq. Stylo Camerali executiones Processuum etiam ordinariè fiunt per Notarios inmatriculatos. Gail. 1. O. 53. n. 6. Vigore Constit. Maximil. I. de Notariis A. C. 1512. Coloniae publicatæ, rubr. Von Verkündigung der Kaysersl. Brieffe.

4) Gilhau. Arbor. Civil. d. l. n. 31.

5) Quod in hisce Ternis minus ambiguum per Ordin. Appell. tit. Wie wieder die Aussenbleibende. Ord. judic. d. t. 4, & tit. 10, add. Const. D. Maximiliani d. l.

ad aedes vocandi portari, & vel uxori ejus, vel alicui ex famulatio, quò Domino tradatur, offerri (6). Porro non dubitandū, quin & Procuratori illis in causis ubi admitti solet, Citatio rectè insinuetur.

(d) Relatio insinuatae in jus vocationis, unà cum suis circumstantiis (7) & qualitatibus, (imò & injuriis Latoris (8) impactis) per nuncium eundem, eidem fit Secretario judicii vel Actuario, quo interveniente Citatio fuit emissa. Facta verò Actis publicis (plenaria siquidem fides (9) eandem comitatur) inseritur. Quae Registratura, uti appellitant, de substantiâ Citationis est, eaq; insuper habitâ, universus judicio procedendi modus, ex nullitatis capite impugnari (10), annihilari potest.

6) Ord. Appell. d. tit. Von Bothen. & tit. Von Ausbringung der Ladung.

7) Vid. Nobilissimus IC. Dn. Carpz. P. I. C. 2. d. 25. n. 8.

8) Ord. Appell. d. tit. von Bothen / §. ultim.

9) Gilhaus. Arb. jud. Civil. d. c. 4. ram. 1. n. 33. Ruding, d. l. C. 1. O. 85. n. 5.

10) Ord. judiciar. eod. tit. 4. Gail. I. O. 54. n. 7.

POSITIO X.

Ultimū: Citatio commodè formata, varios in jure producit effectus (a); Sin secus (b), in nihilum abit.

Explan. Priusquam per contrariorum enumerationem discursui nostro colophonem imponamus, aliquot, ac iidem potiores ferè Citationis effectus, in proscenium sunt proferendi.

(a) Citatio itaq; ritè impetrata, conscripta, executioni tradita, operatur 1. *Preventionem cum annexâ Litis pendentia*. Præventionem hîc intelligo, tum Juri Saxonico propriam (1), tum eîdem & civili communem. Quae posterior circa Dicasteria concurrente Jurisdictione gaudentiâ, imprimis observanda venit. Sit exemplum: Si quis coram illustri Loci hujus Tribunali Provinciali quempiam conveniat; is eundem super eadem causâ ad SERENISSIMI Aulam evocare prohibetur. Non abs ratione: ad evitandam enim jurisdictionum turbationem, ubi acceptum est semel judicium, ibi & finem accipere debet (2).

C 3

2. Præ-

1) De quâ Augustea Const. 7. P. 1. & Ord. jud. tit. 6.

2) Post alios, textus est expr. in l. 30. ff. de jud. l. 7. eod. l. 19. pr. ff. de jurisdic. text. & gl. in cap. proposuisti, X. de for. comp. Cl. cum lite pend. ut lit. pend. Ord. Cur. Prov. Lips. rubr. Daß dem Oberhoffgericht ic. sein starcker Lauff soll gelassen werden.

2. *Prescriptionis*, (etiam longissimi temporis) *interruptionem*, *Civilem* puta (3); naturalis enim hic nil attinet. *Perpetuat* 3. *Jurisdictionem*. Super quibus, ut & reliquis effectibus; Nec non *affinibus Citationum*, qualia: *Denunciations*, (quæ priscâ linguâ *Conditiones* (4) appellantur) *Monitoria*, *Mandata cum clausulâ*; item quomodo *Citatus emanens*, ne *contumax habeatur*, *absentiam suam relevantibus mediis purgare debeat*, aliisque similibus, pleniora & planiora *DD. præmemoratorum comentaria* possunt evolvi. Nos cum breves esse decreverimus, *memores promissi*, *Dissolventia* antedictis superaddimus.

(b) *Citationi* ergo, præter illos actûs (5) qui eandem omnimodò rejiciunt, arietem intorquent *nævi* & defectûs, circa requisita superius (6) commemorata, obvenientes, utputa si *VEL* is citari curaverit, qui judicialiter experiri prohibetur, qualis est *Pupillus*, *furius*, *Bannitus*: *VEL* ille citatus, quem per *Edictum* in jus vocare *aut* planè non oportet, ut *Consulem*, *Prætozem*, cæterosque *Magistratûs* (7) *imperium* & *coercitionem* habentes: *aut* non sine *permisso*, *Patrem* videl. *Patronum* (8) & similes; Quorum tamen *Privilegio stylus modernus* penè in totum derogavit, ita ut non modò *absque veniâ filius Parentem* (9), sed & *Vasallus Dominum suum* in jus vocare valeat (10). *Eo enim ipso dum Judex Citationem contra istiusmodi Personas decernit*, simul etiam *veniâ concessisse intelligitur* (11). *Quoad mulieres* tenendum, illas legibus *Saxonicis* (12) nec vocare in jus posse, nec vocari: Per se scil. *benè tamen per suos Curatores*.

3) l. 5. ff. de usurp. & usucap.

4) §. 15. J. de Action. ubi Locam. in Not. add. D. Rebhan Hodeget. Jur. p. 677. seqq.

5) Quorum Catalogum adduxit Gilhausius d. Arbor. judic. Civil. c. 4. ram. 1. n. 49.

6) Polit. 6.

7) Vid. l. 2. l. 3. ff. de in jus voc. l. 26. §. 2. ff. ex quib. caus. major. Ubi hujusce modi Personarum proluxa series.

8) l. 4. §. 1, 2, 3, & c. ff. de in jus voc. in tantum, ut poena adversus contrâ facientes statuta l. pen. d. t. §. fin. J. de poen. tem. lit.

9) Magnif. Dn. Carpzov. J. F. P. 1. C. 2. d. 26.

10) Secus ac Vvesenb. in π. ff. de in jus voc. n. 6. opinatur. Cui respondet. Dn. D. Hahn. Observat. ibid.

11) G. Schulz. in Synops. Judic. th. 28. Dn. Carpz. d. Proc. tit. 7. art. 1. §. 3. n. 37.

12) Const. D. Augusti, 15. P. 7. cui calculum addit Ord. jud. tit. 8. per tot.

res. Idem ferto iudicium, si quoad cæteras Citationum partes, quicquam fuerit omissum; namque Citatio illegitima, Citationis appellationem non meretur (13). Post hæc inanis est *vocatio in jus*, quando is debitor citatur, cum quo Creditor de non petendo pactus est (14). Cum effectu quoque in jus non vocatur qui *Rescriptum moratorium* à Principe impetravit, nec non fidejussores ante reum principalem excussum. Solutione tandem, aut quavis aliâ satisfactione (15) ante diem comparitioni destinatum præstitâ, Citationem evanescere, Sole meridiano est lucidius.

Atque isthæc de insigni in Jus Vocationis puncto pro virium ac temporis indulgentiâ jamjam in medium prolata sunt; quæ licet digesta minus, condita, aut limata sint, veniam tamen facilis largietur qui mecum pensitârît: Omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, Divinitatis esse, non mortalitatis.

NUMINI. AUTEM. AC. NOMINI. QVO. COEPI.
TRIN-UNO. GRATITUDO. SIT. IN. SEC-
CULA. NUNQVAM. INTERMORI-
TURA!

13) Flamin. de Rubeis, Conf. 38. n. 60.

14) §. 3. J. de except.

15) l. 22. §. 1. ff. de in jus voc. l. 2. pr. ff. si quis Cautionib.

M A N T I S S A.

Imp. JUSTINIANUS & Gentilismi malè insimulatur, & literarum imperitia.

Jus Publicum privati juris sectatori nullo modo negligendum.

Verba Obligationum, mit gangbarer Mühk/ de bonitate moneta contractus tempore dominante, interpretanda sunt.

Lictor facinorosum fugientem insequens, jus eundem occidendi non habet.

Domis

Domino Autori Disputationis,
RESPONDENTI,
Consalino suo


Judicis ad faciem divina *Citatio* certò
Terrigenum cunctos post sua fata manet.
Hujus, *Amice*, memor tua docta *Citatio* prodit,
Fac Te *Jova* citet sic: BONE SERVE VENI!

*Perennis Amicitia memoria
auroxediasti gratul.*

M. Tobias Kühnhart/
S.S. Theol. St.








ULB Halle
003 070 840


3




TA-OL

1077







B.I.G.

Farbkarte #13

1662, 18 30.
22
A

TRIN-UNO.
AC.
SULTORUM, SENATU.
ENTIBUS.
LEGALEM.

IONE.

SIDE.
TISSIMO, CONSULTISSIMO.
OMÆO. LEON.
ENDÖRFFERO, U. J. D.
ERRIMO. ETC.
PRÆCEPTORE. SUO,
ASPICIUNDO.

LIPSIENSIIUM.
NOVEMBRIS.
DC. LXII.

Q. C.
P.
EMER. MISNICUS.
SIE,
IGAVIANIS.

John ...